

Lis mota dicitur, cum fuerit contestata. *c. 30. de V. S.*  
 Libertas inestimabilis res est. *L. 160. ff. de Regul. jur.*

## M

455 Manifesta accusatione non indigent. *c. 9. de Acusat.*  
 Magis expedit Republicæ firmas, & permanentes habere Leges, quam prax-textu meliorum sæpè mutare. *L. 2. ff. de Constitut. princip.*  
 Melius est intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium quæ-  
 re. *L. fin. C. In quib. caus. in integ. restit.*  
 Mixtum sub simplicibus continetur. *L. 13. ff. de Liber. & posthum. L. 81. ff. de Hered. instit.*  
 Mandatum rei turpis nullum est. *L. 22. §. 6. ff. Mandat.*  
 Mandatum re integra morte mandatarii, vel mandantis finitur. *L. 15. C. Mand.*  
 Mors omnia solvit. *Auth. de Nupt. §. de Inces. col. 4.*  
 Malorum consortia sæpè bonos corrumpunt: quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt? *c. 12. 28. q. 1.*  
 More Romano dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. Ita quidquid in his 24. horis (id est, duabus dimidiatis noctibus, & luce media) actum est, perinde est, ac si quavis hora lucis actum esset. *L. 8. ff. de Feriis.*  
 Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente justitia, non debent tolerari. *c. 18. de Prebend.*  
 Mandatum speciale derogat generali. *c. 1. de Rescript.*  
 Malitia sæpè supplet ætatem. *c. 9. de Desponsat. impuber.*  
 Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. *c. 16. de Regular.*  
 Multorum experimenta morborum cogunt multas invenire medicinas. *c. 25. D. 50.*  
 Multa pro utilitate communi contra juris asperitatem ex aequitatis mansuetudine, tolerari decet. *c. 3. de Sentent. & re judic. in 6.*  
 Melius est habere rem, quam actionem ad illam. *L. 204. ff. de Reg. jur.*  
 Manifesta peccata non sunt occulta tantum correctione purganda. *c. 1. de Pœnitent. & remis.*

## Armamentarium Juris.

Mendax precator carere debet penis impetratis. *c. 20. de Rescript.*  
 Multo utilius est pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægravare. *L. 2. §. 16. C. de Veter. juri. enucl.*  
 Manifestum dicitur de quo constat per confessionem, vel probationem legitimam, vel rei evidentiam. *c. 23. c. 24. de V. S.*  
 Melior conditio nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest. *L. 133. ff. de Regul. jur.*  
 Minus est actionem habere, quam rem. *L. 204. ff. de Regul. jur.*  
 Magis dignum trahit ad se minus dignum. *L. 43. ff. de Rei vindicat.*  
 Mali à malo prorsus sunt prohibendi, & cogendi ad bonum. *C. fin. 23. q. 4.*  
 Melius est pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione recipere beneficium. *c. 81. 11. q. 3.*  
 Miscenda est profecto lenitas cum severitate, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. *cap. 9. D. 45.*  
 Melior est in male factis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. *c. 89. 11. q. 3.*  
 Mitius agendum est cum eo, qui commissum facinus facili confessione est confessus. *c. 3. D. 50.*  
 Mala consuetudo non minus, quam perniciosa corruptela radicitus est evellenda. *c. 3. D. 8.*  
 Melius est pro misericordia rationem reddere, quam propter crudelitatem. Ubi enim Paterfamilias largus est dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, ut quid Sacerdos ejus austerus? *c. 12. 26. q. 7.*  
 Miserum est Magistrum fieri, qui nunquam Discipulus fuit, & summum fieri Sacerdotem, qui nunquam in ullo gradu obsecutus fuerit Sacerdoti. *c. 4. D. 61.*  
 Mali etiam inviti viam salutis juxta Evangelicam veritatem compellendi sunt intrare. *c. 38. 23. q. 4.*  
 Mulier quamvis docta, & sancta viros in Conventu docere non præsumat. *c. 29. D. 23.*  
 Mali hospites, qui hospitantibus male remunerant sunt sicut mus in pera ignis in sinu serpens in gremio. *c. 1. 13. q. 1.*  
 Miserabilis est Rector, qui gubernaculi

## Armamentarium Juris.

locum occupavit, & remum tenere non novit. *c. 7. D. 40.*  
 Mercenarius utique est Prælatus, qui plus diligens proprium commodum quam ovium, videns lupum oves relinquit. *c. 48. 7. q. 1.*  
 Multa in jure contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta sunt. *L. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquilianam.*  
 Mare pars terræ proximioris censetur, & ad ejus Principem spectat; *arg. L. 9. ff. de Judiciis.*  
 Mora sua cullibet est nociva. *c. 25. de Reg. jur. in 6. L. 173. §. 2. ff. eod.*  
 Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. *c. 33. de Reg. jur. in 6. L. 75. ff. eod.*  
 Muneri nomine veniunt donum, onus, & officium. *L. 18. ff. de V. S.*  
 Minus solum intelligitur, etiamsi nihil esset solum. *L. 32. ff. de V. S.*  
 Magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est. *L. 226. ff. de V. S.*  
 Munus publicum est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos, universosque cives, remque eorum imperio Magistratus extraordinario pervenit. *L. 239. ff. de V. S.*

## N

456 Non creditur Legato, seu Commissario, nisi literas Legationis, vel Commissionis ostendat. *C. fin. D. 97.*  
 Nemo tenetur se ipsum prodere. *c. 1. de Probation. c. 87. de Pœnit. D. 1.*  
 Non præsumitur incontinens in senectute, qui in juventute continuit, maxime, si est literatus. *c. 25. de Præsump.*  
 Nemo est Dominus membrorum suorum. *L. 13. ff. ad Leg. Aquil.*  
 Nullius testimonio, etiamsi Religiosus sit, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium debet credi. *c. 51. de Testib.*  
 Nulla dicitur actio, quæ exceptione repellitur. *L. 25. ff. de Verb. Obligat.*  
 Nemo invitus uti cogitur privilegio. *c. 6. de Privileg.*  
 Non fit pauperior, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit, sive dedit. *L. 5. §. 13. ff. de Donation. inter vir.*  
 Novis morbis nova convenit antidota præparari. *c. 5. de Juram. calumm.*  
 Nemo potest facere, quominus Leges locum habeant in suo testamento. *L. 55. ff. de Legat. 1.*  
 Tom. II.

Nemo censetur velle dare, quod non habet. *c. 7. de Donat.*  
 Natura non patitur aliquem locupletior fieri cum alterius factura. *L. 14. ff. de Condict. in debit. L. 206. ff. de Reg. jur.*  
 Negantis factum nulla est probatio. *c. 23. de Election. c. 11. de Probat.*  
 Nemini facit injuriam, qui suo jure utitur. *L. 13. §. 1. ff. de Injur.*  
 Notoria probatione non indigent. *c. 3. de Testib. cogend. c. 8. de Cohabitat. Clericor.*  
 Nullus, despectis aliis, debet se solum sanctum esse credere, & sapientem. *c. 27. de Cons. D. 3.*  
 Nullus censetur voluisse, quod non expressit. *c. 12. de Decim.*  
 Non infringitur promissio, quæ in melius commutatur. *c. 3. de Jur. jur.*  
 Non spectandum est, quid Romæ factum est, sed quid Romæ fieri debeat. *L. 12. ff. de Offic. Presid. c. 27. de Election.*  
 Non est laudabilis Tyrannæ factionis perversitas, si Regia clementia Tyrannus subditos tractet: nec vituperabilis ordo Regiæ potestatis, si Rex crudelitate tyrannica sæviat. *c. 9. 14. q. 5.*  
 Nullius entis nulla sunt qualitates. *L. 41. ff. de Rebus. credit.*  
 Nulli debet suum officium esse damnosum. *c. 30. de Election. in 6.*  
 Nulli fraus sua, vel dolus patrocinari debet. *c. 15. c. 16. de Rescript. c. 14. de Testament.*  
 Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim, cum urgens necessitas, aut evidens utilitas id exposcit. *c. 8. de Consanguin. & affinit.*  
 Nemo suis stipendiis militare tenetur. *c. 16. de Prebend.*  
 Nulla juris sanctio, quantumcumque perpenso digesta consilio ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes ejus inopinabiles sufficit: nec ad decisionem lucidam suæ nodosæ ambiguitatis attingit. Eo præsertim, quod vix aliquid adeo certum, clarumque statuitur, quin ex causis emergentibus, quibus jura jam posita mederi non possint, in dubium revocetur. *Procem. Clement.*  
 Non semper (licet regularitèr accidat) una determinatio respiciens plura determinabilia pariformiter determinat. *L. 2. ff. de Offic. Proconsul.*



Nostra omnia facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. *L. 1. §. 6. C. de Veter. jur. enucl.*  
 Nec convenit, nec decet, terminos, quos patres nostri posuerunt, facile transgredi. *c. 1. de Sepultur.*  
 Nominum diversitas diversitatem rerum, & locorum infert. *L. 7. C. de Codicil.*  
 Nihil volitum quin præcognitum. *L. 15. ff. de Jurisdic.*  
 Nemo divinare tenetur. *L. 31. ff. ad Leg. Aquil.*  
 Non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, ratio reddi potest. *L. 20. ff. de Leg.*  
 Non potest dolo carere, qui imperio Magistratus non paruit. *L. 299. ff. de Reg. jur.*  
 Non solent, quæ abundant vitare scripturas. *L. 94. ff. de Reg. jur.*  
 Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest. *L. 109. ff. de Reg. jur.*  
 Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem. *L. 119. ff. de Reg. jur.*  
 Nemo sibi ipsi imperare valet. *L. Prator. ff. de Tutor. & Curator.*  
 Non debet aliis defectum objicere, qui simili defectu laborat; *arg. C. fin. de Adulter.*  
 Non est discipulus super Magistrum. *c. 2. 2. q. 5.*  
 Non debet in Magistrum assumi, qui vix discipuli formam assumpsit. *c. 49. de Election.*  
 Nihil operatur extra suæ activitatis sphaeram. *L. 16. ff. de Acquir. rer. domin.*  
 Nulli licet falcem in messem immittere alienam. *L. 36. ff. de Reg. jur. c. 34. de Election.*  
 Non sufficit à malo abstinere, sed insuper bonum fieri oportet. *Clem. 3. de Pœnis.*  
 Non potest videri desisse habere, qui nunquam habuit. *L. 208. ff. de Reg. jur.*  
 Nullus de alterius fietu ridere oportet. *c. 20. de Privileg.*  
 Novitates plerumque pariunt discordiam, præsertim dum ab eo, quod diu æquum visum est per novam constitutionem receditur: nec quare recedatur, utilitas evidens, vel alia causa subest. *Extrav. 1. de Privileg. int. com. c. 9. de Consuet.*  
 Nemo potest ad impossibile obligare. *c. 6. de Reg. jur. in 6. L. 185. ff. eod.*  
 Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. *c. 18. de Reg. jur. in 6. L. 29. ff. eod.*

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad cum non pertinet, se immiscet. *c. 19. de Reg. jur. in 6. L. 36. ff. eod.*  
 Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur. *c. 20. de Reg. jur. in 6. L. 43. ff. eod.*  
 Non debet aliquis alterius odio prægravari. *c. 22. de Reg. jur. in 6. L. 74. ff. eod.*  
 Non licet actori quod reo licitum non existit. *c. 32. de Reg. jur. in 6. L. 41. ff. eod.*  
 Non præstat impedimentum quod de jure non sortitur effectum. *c. 52. de Reg. jur. in 6.*  
 Nullus jure suo sine sua culpa privari debet. *c. 6. de Eo, qui cognovit.*  
 Nonnumquam quod consultè statuitur, ex sanioris inspectione judicii consultius revocatur. *Extrav. un. de Torneamentis. Joan. XXII.*  
 Nec generis, nec loci nobilitate, sed virtute unusquisque sibi gratiam comparat. *c. 9. D. 40.*  
 Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat: quia consuetudinem ratio, & veritas semper regulat. *c. 4. D. 8.*  
 Non decipi, sed adjuvari quis beneficio debet. *C. un. de Commodat.*  
 Non est negligenda medicina, quia non nullorum est insanabilis pestilentia. *c. 37. 23. q. 4.*  
 Non omnis, qui parcat amicus est nec omnis, qui verberat inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici: melius est cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere: utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus justitiam negligat, quam esurienti panis frangitur, ut injustitiam seductus acquiescat. *c. 37. 23. q. 4.*  
 Nihil illo pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur, quod si placere voluerit, & ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus ergo Pastorum placere lupis, & gregibus ovium potest. *c. 6. D. 83.*  
 Non enim verbis tantum, sed corde orandus est Deus: melior est quinque psalmodum decantatio cum cordis puritate, & serenitate, & spiritali hilaritate, quam totius psalterii modulatio cum anxietate cordis, & tristitia. *c. 24. de Cons. D. 5.*  
 Non est vox ad aures Dei, nisi animi affectus. *c. 12. D. 38.*  
 Non pax quæritur, ut bellum excite-

tur, sed bellum geritur, ut pax adquiratur. *c. 3. 23. q. 1.*  
 Nullus debet alicui in alterius damnum beneficiare. *c. 3. 14. q. 5.*  
 Non decet à capite membra discedere, sed juxta Sacræ Scripturæ testimonium omnia membra caput sequantur. *c. 1. D. 12.*  
 Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus fuerit corruptus. *c. 8. 32. q. 5.*  
 Non satis est bene velle, sed etiam beneficiare: nec satis est iterum beneficiare, nisi id ex bono fonte, id est, ex bona voluntate proficiatur. *c. 14. D. 86.*  
 Nihil, quod ad cautelam pertineat, omitendum est. *c. 10. D. 63.*  
 Negligere, cum quis possit deturbare perversos, nihil aliud est, quam fovere. *c. 3. D. 83.*  
 Non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifestio facinorosi desinit obviare. *c. 3. D. 83.*  
 Nihil obsunt salutis credentium diversæ pro loco, & tempore consuetudines, si illis Canonica non obsistat auctoritas. *c. 3. D. 12.*  
 Non habet duplex cor, qui propter varium eventum verbum suum non adimplet. *c. 14. 22. q. 2.*  
 Necessitas dispensationem inducit. *c. 7. D. 34.*  
 Necessitas caret Lege. *c. 4. de Reg. jur. c. 2. de Observat. s. jun.*  
 Non est consequens, ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire, quod nescit. *c. 11. D. 38.*  
 Nemo rectè monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, & amorem innocentie conversatione demonstrat. *c. 2. D. 81.*  
 Nihil est infelicius felicitate peccantium, quia pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior roboratur. *c. 2. 23. q. 1.*  
 Non idè approbanda est consuetudo mala, quia locus bonus est: quia non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. *c. 10. D. 12.*  
 Novis in fide minor poenitentia imponitur. *c. 8. de Pœnit. & remis.*  
 Non sunt facienda mala culpæ, ut evaniant bona. *c. 4. 22. q. 2.*  
 Non est opus sanis Medicus, sed malè habentibus juxta Evangelicam veritatem. *c. 18. 2. q. 1.*  
 Negligentia est eruditionis noverca. *c. fin. D. 83.*  
 Nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam de-

bet bonum, quod agitur intermitti. *c. 99. II. q. 3.*  
 Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum. *c. 58. de Reg. jur. in 6.*  
 Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur. *c. 62. de Reg. jur. in 6. L. 47. ff. eod.*  
 Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. *c. 79. de Reg. jur. in 6. L. 54. ff. eod.*  
 Nominis appellatione res significatur. *L. 4. ff. de V. S.*  
 Novale est terra novitèr ad culturam redacta. *c. 1. de V. S. vel de cuius cultura non est memoria, & quod prius modicum, vel nullum fructum afferbat. c. 21. eod.*  
 Non dicitur natus, qui statim decessit. *c. 3. de V. S.*  
 Non videtur cœpisse, qui per exceptionem à petitionem removetur. *L. 13. ff. de Reg. jur.*  
 Nuptias non concubitus, sed consensus facit. *L. 30. ff. de Reg. jur.*  
 Nemo qui condemnare potest absolvere non potest. *L. 37. ff. de Reg. jur.*  
 Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere. *L. 51. ff. de Reg. jur.*  
 Non defendere videtur non tantum qui latitat, sed, & is, qui præsens negat, se defendere, aut non vult suscipere actionem. *L. 52. ff. de Reg. jur.*  
 Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur. *L. 55. ff. de Reg. jur.*  
 Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. *L. 88. ff. de Reg. jur.*  
 Nemo de domo sua extrahi debet. *L. 104. ff. de Reg. jur.*  
 Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. *L. 112. ff. de Reg. jur.*  
 Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. *L. 134. §. un. ff. de Reg. jur.*  
 Non videtur perfectè cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest. *L. 139. §. un. ff. de Reg. jur.*  
 Non omne, quod licet, honestum est. *L. 144. ff. de Reg. jur.*  
 Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor meus, à quo jus in me transit. *L. 175. §. un. ff. de Reg. jur.*  
 Non est singulis concedendum, quod per Magistratum publicè possit fieri: ne occasio sit majoris tumultus faciendi. *L. 176. ff. de Reg. jur.*  
 Nihil potest ante id tempus, quo per



per rerum naturam persolvi possit: & cum solvendi tempus obligationi additur nisi eo præterito, peti non potest. *L. 186. ff. de Reg. jur.*

Nulla censetur illius obedientia, qui obedit tantum in his, quæ appetit: vel etiam in repugnantibus, sed præter voluntatem: nam aliquando obedientia si de suo aliquid habet, nulla est: aliquando autem, si de suo aliquid non habuerit, minima. *c. 10. 8. q. 1.*

Non Sermoni res, sed sermo rei subjectus est. *c. 6. de V. S.*

Non possunt omnes articuli singillatim aut Legibus, aut Senatus Consultis comprehendi. *L. 12. ff. de Legib.*

Non potest esse Pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & Pastor nescit. *c. 10. de Reg. jur.*

Nihil obstat narrandi diversitas, ubi eadem dicuntur. *c. 7. de V. S.*

## O

457. Obligatus ad factum præcisè facere compellitur. *L. 3. tit. 14. p. 5.*

Obligationis alternativæ natura est unicuique in solidum actum tribuere. *L. 2. ff. de Duobus reis.*

Oves, quæ Pastori suo commissæ sunt, eum nec reprehendere debent, nec ullatenus accusare possunt. *c. 13. 2. q. 7.*

Omne, quod rarum est, plus appetitur; sicut pulegium apud indos pipere pretiosius est. *c. 24. D. 93.*

Obligatio semel extincta non reviviscit amplius. *L. 98. §. 8. ff. de Solutionib.*

Omnis definitio in jure periculosa est. *L. 202. ff. de Reg. jur.*

Ob errorem communem jurisdictio necessaria à Legislatore suppletur. *L. Barbarius Phlippus, 3. ff. de Offic. Prator. c. 1. 3. q. 7.*

Obscuritas in omni dispositione reprobatur, ac proinde fugienda est. *c. 2. D. 4.*

Opposita juxta se posita magis elucescunt. *L. un. §. 2. C. de Caduc. tollend.*

Obscurè respondere, & non respondere paria habentur. *L. 11. §. 7. ff. de Interrogat.*

Omnis ætas ab adolescentia prona est in malum. *c. 1. 12. q. 1.*

Odio, habeantur peccata, non homines. *c. 2. D. 86.*

Omnis, qui justè judicare vult, stateram in manu gestat, & in utroque penso justitiam, & misericordiam portat: sed per justitiam reddit peccanti senten-

tiam: per misericordiam peccanti temperat poenam, ut justo liberamine quadam per æquitatem corrigat: quadam verò per miserationem indulgeat. *c. 10. D. 45.*

Omne, quod male possidetur alienum est: male autem possidet, qui male utitur. *c. 11. 14. q. 4.*

Occulta, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum. *c. 20. 2. q. 4.*

Obedientia victimis jure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. *c. 10. 8. q. 1.*

Omnis habere oportet simplicitatem columbæ, ne cuiquam machinentur dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis. *c. 13. 6. q. 1.*

Omnis ordo Ecclesiasticus suis innititur Rectoribus: sicut apibus, & gruibus unus rector est. *c. 41. 7. q. 1.*

Opinio cedit manifestæ veritati. *c. 4. D. 8.*

Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur. *c. 1. de Reg. jur. L. 35. ff. eod.*

Odia restringi, & favores convenit ampliare. *c. 15. de Reg. jur. in 6.*

Oppidum ab ope dicitur, quod ejus rei causa mœnia sint constituta. *L. 239. §. 7. ff. de V. S.*

## P

458. Parum pronihilo reputatur. *L. 32. ff. de Condition. & demonstr.*

Perversio Ordinis, quando Ordo non est de substantia, non vitiat actum; arg. *L. 1. C. de Appellation.*

Principale concedens concedit subinde accessorium. *L. 2. ff. de Jurisdict.*

Par in parem non habet imperium. *L. 4. ff. de Recept. qui arbitr. c. 20. de Elect.*

Plus cautionis est in re, quam in persona. *L. 25. ff. de Reg. jur.*

Plures eandem rem simul possidere non possunt. *L. 3. §. 5. ff. de Adquirend. posses.*

Perpetua exceptione tutus solum per errorem repetit. *L. 40. ff. de Condict. indebit.*

Proximè accingendus pro accincto habetur. *L. 43. ff. de Testam. Militar.*

Privatio præsupponit habitum. *L. 208. ff. de Reg. jur.*

Plus valet quod est in veritate, quam quod est in opinione. *L. 2. §. 15. ff. Pro emptor.*

Prohibito aliquo, prohibetur etiam id, per

per quod pervenitur ad illud. *L. 16. ff. de Sponsalib.*

Potius debemus substantiam, quam opinionem intueri. *L. 2. §. 2. ff. Pro emptor.*

Potestas nulli conceditur in destructionem, sed in adificationem. *Trid. sess. 14. de Pœnit. cap. 7.*

Pœnæ inventæ sunt, ut delinquentes corrigantur. *c. 32. 23. q. 4.*

Pompa exequiarum, & conditio sepulturae magis vivorum solatia sunt, quam subsidia mortuorum. *c. 22. 23. q. 2.*

Pro necessitate temporum, & pro consideratione ætatum multa oportet temperari. *C. fin. D. 14.*

Proemium denotat causam finalem, & mentem loquentis ostendit. *L. fin. ff. de Hered. instituend.*

Prius nominatus censetur magis dilectus. *L. 4. ff. de Stipulat. servor.*

Præsumptio credit veritati, siquidem veritas prævalet præsumptioni. *L. 57. ff. de Jure dotium.*

Pares cum paribus facilimè congregantur. *L. 27. §. 1. ff. de Tutor. & Curat.*

Propositio copulativa utrumque extremum verificari requirit. *c. 25. de Resc.*

Principium, & initium à Deo est. *c. 1. D. 23.*

Propositio alternativa, seu disjunctiva unius extremi positione verificatur. *c. 4. de Rescript.*

Promptiora sunt jura ad absolvendum, quam ad condemnandum. *c. 3. de Probation.*

Partibus non expressis in societate debent fieri æquales, non secundum proportionem Arithmeticam, sed secundum Geometricam. *L. 6. ff. Pro socio.*

Probationum facultas coangustari non debet. *L. 21. in fin. C. de Hæretic.*

Proprium copulæ est distribuere vim verbi æqualiter inter personas copulatas. *L. 11. §. 1. ff. de Duobus reis.*

Processus in infinitum, ut absurdum vitari debet. *L. 13. §. fin. ff. de Damn. Inset.*

Princeps jus in scrinio pectoris habere creditur, non tamen censetur habere, consuetudines, vel Leges particulares, & locales scire. *c. 1. de Constit. in 6.*

Privilegiatus adversus privilegiatum non gaudet privilegio. *L. 11. §. 6. ff. de Memorib. C. fin. de Ordin. cognit.*

Paria sunt non esse, & inutiliter esse. *L. 1. §. 2. ff. Quod cuiusq. Univers.*

Plus soler timeri, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter impera-

tur. *c. 6. D. 23. c. 11. de Hæretic.*

Privilegium sane meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. *c. 7. D. 74. c. 24. de Privileg.*

Papa communiter vult jura Diocesana inviolata servare. *c. 2. de Religios. domib.*

Publicè expedit, suprema hominum iudicia exitum habere. *L. 5. ff. de Testam. quemadmod.*

Plura remedia non possunt concurrere circa eandem personam, sed electione unius alterum tollitur. *L. 9. §. 1. ff. de Tribut. action. quod intelligitur, quando remedia ex eodem fonte oriuntur, & ad idem competunt: non quando ex diversis fontibus, vel causis resultant.*

*L. 8. §. 12. ff. de Inofficios. Testament.*

Paria habentur scire, & debere scire. *L. 5. ff. de Reb. credit.*

Plura sunt negotia, quam vocabula. *L. 4. ff. de Præscript. verbis.*

Pater, & filius una eademque persona in jure censentur. *L. fin. C. de Impud. & aliis substit.*

Protestatio contraria facto non revelat protestantem. *L. 60. §. 6. ff. Locat. c. 20. de Offic. Delegat.*

Protestatio fit, ne ab altero præjudicium juri suo fiat. *c. 21. de Sentent. & re judic.*

Præcipitatio in judicando est justitiæ nocera. *Clem. 2. de Sentent. & re judic.*

Plus erga corrigendos agat benevolentia, quam severitas: plus charitas, quam potestas. *c. 6. D. 45.*

Pelle sub agnina latitans mens sæpè lupina. *c. 11. de Hæretic. in 6.*

Peccator offendens in uno factus est omnium reus. *c. 9. de Reg. jur.*

Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit. *c. 2. de Reg. jur. in 6.*

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. *c. 4. de Reg. jur. in 6.*

Peccati venia non datur nisi correcto. *c. 5. de Reg. jur. in 6.*

Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona. *c. 7. de Reg. jur. in 6.*

Pro dubiis resolvendis ad seniores recurrere oportet. *c. 3. D. 20.*

Proximi vulnus crudeliter siletur, & misericorditer vindicatur, ut sanetur. *c. 1. §. 9. 5.*

Proximos diligere est de eorum perditione dolere, & ad eorum correctionem quotidie laborare. *c. 32. 23. q. 4.*

Plures vitam bonorum amplius, quam debent, laudant: & ne qua elatio de

lau-



laude surrepat, permittit Deus, malos in obtreccationem, & objurgationem prorumpere, ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. *c. 11. 6. q. 1.*  
 Populus à Sacerdotibus docendus est, & corripendus, non ipsi ab eo. *c. 8. 6. q. 1.*  
 Prima Sedes (hoc est Romana) omnes judicat, & à nullo judicatur. *c. 9. S. Sola, 9. q. 3.*  
 Patientia Superioris in adversitate plus laudabilis est, quam quies in Religione. *c. 46. c. 47. 7. q. 1.*  
 Prælati perversa perpetrantes tot moribus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. *c. 3. 11. q. 3.*  
 Præcepta patientia potius virtute animi, quam ostentatione corporis, servanda sunt. *c. 2. 23. q. 1.*  
 Partus, quoad conditionem, ventrem sequitur. *C. fin. 32. q. 4.*  
 Prædicator gloriam suam evacuat, quando non pro æterno, sed pro fructu temporali laborat. *c. 2. 1. q. 2.*  
 Peccata, quæ in Deum, vel proximum committuntur, à nobis puniendæ sunt, ea verò, quibus in nos delinquitur, vel toleranda patienter, vel potius disimulanda sunt. *c. 27. S. Hinc, 23. q. 4.*  
 Pontifex omnes judicat, ipse verò à solo Deo judicatur. *c. 15. 9. q. 3.*  
 Propter excessus majorum, aliquando contingit afflictio minorum. *c. 11. 1. q. 4.*  
 Pacta contra bonos mores, vel Leges, vel contra honestas consuetudines, nullius sunt momenti. *c. 2. D. 8.*  
 Pacificus est quisquis, vel quod potest, arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest, salvo pacis vinculo excludit: vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat. *c. 5. 23. q. 4.*  
 Peccata Sacerdotum, Religiosorum, vel Superiorum celare debemus, & non infrunitum, sed pudoratos filios Noe imitantes, paternam verecundiam contegamus. Ex exemplo Constantini, qui dixit: si propriis oculis vidissem Sacerdotem Dei peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. *c. 8. D. 96.*  
 Populus non minus, quam decem personis constituitur. *c. 3. 10. q. 3.*  
 Presbyteros turba contemptibilis facit. *c. 24. D. 93.*

Perfecis licet ad exemplum Christi D. injuriam verbis, quamvis non verbis repellere. *c. 2. 23. q. 1.*  
 Prudentia aliquando est auditores, vel interrogantes responcionibus eludere. *c. 2. D. 43.*  
 Plurimorum utilitas unius utilitati, aut voluntati absdubio præferenda est. *c. 35. 7. q. 1.*  
 Picturæ, & imagines Sanctorum sunt libri, & scripturæ Laicorum. *c. 27. de Cons. D. 3.*  
 Paria crimina pari compensatione tolluntur. *C. pen. & fin. de Adulter.*  
 Pacta, quantumcumque nuda, omnino servari à contrahentibus debent. *c. 1. de Pact. L. 2. tit. 16. lib. 5. R. C.*  
 Plus semper continet, quod est minus. *c. 35. de Reg. jur. in 6. L. 110. ff. eod.*  
 Pro professore habetur, qui dolo desiit possidere. *c. 36. de Reg. jur. in 6. L. 150. ff. eod.*  
 Pluralis locutio duorum numero contenta est. *c. 40. de Reg. jur. in 6.*  
 Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur. *c. 7. de Reg. jur. in 6.*  
 Potest quis per alium, quam potest facere per se ipsum. *c. 68. de Reg. jur. in 6.*  
 Parentis appellatione non tantum pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur, sed & mater, & avia, & proavia. *L. 51. ff. de V. S.*  
 Proximus est, cui nemo antecedit, superius, quem nemo sequitur. *L. 92. ff. de V. S.*  
 Potest aliquorum appellatio, & universos significare. *L. 95. ff. de V. S.*  
 Perfecisse ædificium is videtur, qui ita consummavit, ut jam in usu esse possit. *L. 139. ff. de V. S.*  
 Primogenitus dicitur, qui primo nascitur, etiam si nullus eum sequatur. *c. 5. de V. S.*  
 Plebs est cæteri Civis sine Senatoribus. *L. 238. ff. de V. S.*  
 Privilegium contra consuetudinem Juris Communi obviantem, largè est interpretandum. *c. 18. de V. S.*  
 Pupillus omnia negotia Tutore auctore agere potest. *L. 5. ff. de Reg. jur.*  
 Privatorem conventio juri publico non derogat. *L. 45. S. un. ff. de Reg. jur.*  
 Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi adposita Tutoris auctoritate creditur. *L. 189. de Regur. jur.*  
 Privilegia, quæ causæ sunt ad hæredem transmittuntur, secus quæ personæ sunt. *L. 196. ff. de Reg. jur.*

Prius

Prius nominatus aliis præfertur. *L. 34. ff. de Usufruct. & quemadmod.*

## Q

459. Quod nullius est primò occupanti acquiritur. *L. 3. ff. de Acquir. rer. domin.*  
 Quod à principio fuit voluntatis ex post facto fit necessitatis, *cap. 21. de Reg. jur. in 6. L. 5. C. de Oblig. & actionib.*  
 Quem ætas, non vita seniorem facit, graviter increpandus est, *cap. 28. 2. q. 7. junct. epigraph.*  
 Quæ fiunt per privilegium possunt communiter, & per consuetudinem fieri, *cap. 13. de Foro compet.*  
 Quæ in præfationibus dicuntur in sequentibus censetur repetita. *L. 134. S. 1. ff. de V. O.*  
 Quod meum est amplius meum fieri nequit. *L. 3. S. 4. ff. de Acquir. possess.*  
 Quæ sine conditione voverunt sine conditione solvuntur. *C. un. in fin. 32. q. 8.*  
 Quod in uno negatur, de alio concessum intelligitur, *cap. 5. de Præsumpt.*  
 Qui juxta suum gradum honorari cupit alios juxta suos gradus honorare debet, juxta illud Oratoris Domitii: Cur ego te habeam ut Principem, cum tu me non habeas, ut Senatorem? *c. 7. D. 95.*  
 Quilibet ex honestate debet voluntarios labores appetere, ut aliis præparet quietem, *cap. 1. de Rest. spoliat. in 6.*  
 Qui non potest suum munus implere, & peccat non implendo, officium etiam relinquere tenetur, *cap. 10. de Renunt.*  
 Qui altari servit de altari vivere debet, *cap. 16. de Præbend.*  
 Qui non facit quod debet, non recipit, quod oportet. *L. 3. C. de Condition. inser.*  
 Quilibet potest juri principaliter pro se introducto renuntiare. *L. 29. C. de Pactis, cap. 6. de Privileg.*  
 Qui inter bonos malus est, pessimus esse solet, *cap. 9. D. 47.*  
 Qui semel est hæres numquam desinit esse hæres. *L. 88. ff. de Hæred. instituend.*  
 Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & ut generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. *L. 15. ff. de Condition. institut.*  
 Quilibet potest alterius conditionem meliorem, non verò deteriolem facere. *L. 39. ff. de Negot. gest. Tom. II.*

Qui semel aliquam qualitatem permanentem habuit, semper ipsam habere præsumitur, donec contrarium probetur. *L. 16. C. de Probat.*  
 Quæ non probantur prohibita, licita, & permessa censentur. *L. 28. S. 2. ff. Ex quib. caus. major.*  
 Qui quod potuit noluit, & quod voluit non potuit nihil fecit. *L. 3. ff. de Rebus dub.*  
 Quæ in continentis fiunt, in esse censentur. *L. 40. ff. de Rebus credit.*  
 Qui agit male odit lucem juxta Evangelicam veritatem, *c. 24. de Offic. Deleg.*  
 Quibus vetitum est minus, censetur etiam vetitum majus. *L. 4. ff. de Senator.*  
 Quod differtur non aufertur. *L. 2. C. de Precib. Imperat. offer.*  
 Quod non est correctum stare non prohibetur. *L. 32. S. fin. C. de Appellat.*  
 Qui ex duobus illatis alterum negat reliquum affirmare præsumitur, *cap. 5. de Præsumption.*  
 Qui major pars Civitatis, Collegii, vel Communitatis facit ab omnibus factum videtur. *L. 19. ff. ad Municip.*  
 Quædam sunt, quæ nescire, quam scire melius est, *cap. 11. D. 38.*  
 Qui dicit: Omnes, vel totum, nil excludit. *L. 29. ff. de Hæred. instituend.*  
 Quod nullum habet tempus præfinitum, quocumque vitæ spatio potest fieri. *L. 10. ff. de Condit. & demonstr.*  
 Qui alicujus consilium requirere debet, non utique illud sequi tenetur, *cap. 7. de Arbitr.*  
 Quando est periculum in minora facile rigor, & præcepta Legum dispensantur, *arg. cap. 4. de Reg. jur.*  
 Quæ singula non probant collecta juvant, *cap. 13. de Probation.*  
 Quando Canon, vel Lex deficit, judicium relinquuntur arbitrium Judicis, *c. 3. S. fin. 13. q. 2. c. 4. S. 1. de Offic. Delegat.*  
 Quod nullum est nequitiam irritari, nec rumpi valet. *L. 5. ff. de Injusto rupt.*  
 Quandocumque existit conditio retrotrahitur ad tempus dispositionis factæ, ita ut ab initio pura censeatur. *L. 8. S. 1. ff. de Pericul. & commod.*  
 Quod Author Canonis non reservabit, hoc concessisse videtur, *cap. 29. de Sentent. excem.*  
 Quæ differunt penes magis, & minus non differunt specie. *L. 11. ff. Quemadmod. servit.*  
 Quilibet ratione sic dictante, pati debet Legem, quam ipse tulit, *c. 6. de Constit.*  
 Qui vult antecedens vult consequens, quod



quod ex illo naturaliter inferitur. *L. 1. §. 1. ff. Si usufruct. petat.*  
 Quod sine termino debetur, statim debetur. *L. 14. ff. de Reg. jur.*  
 Qui pro se habet Jus Commune privilegio non indiget: frustra enim precibus impetrantur, quæ Lege permissa sunt. *L. un. C. de Theaur. lib. 10.*  
 Quando de mente Testatoris constat, à verbis, & argumentis receditur: quia potius mens, quam scriptura debet attendi. *L. 7. §. 2. ff. de Supplect. legat.*  
 Qui factum promissit ad factum tenetur: si non fecit, vel amplius non potest fieri, ad interesse obligatur. *L. 1. ff. de Action. empt.*  
 Quæ in consequentiam veniunt, non curantur. *L. 5. §. 2. ff. de Aucto. Tutor.*  
 Quod in certo loco permissum est, in alio censetur veritum: & quod in certo loco veritum est, in alio permissum censetur. *L. 22. ff. de Legib. L. 12. ff. de Judic.*  
 Quod pervenit ad casum, à quo incipere non potest vitatur. *L. 140. §. 2. ff. de V. O.*  
 Qui contra formam mandati facit, nihil facit, *cap. 22. de Offic. deleg.*  
 Qui ejusdem Patriæ sunt, naturaliter se amant, præcipue in Regionibus longinquis. *L. 4. tit. 27. p. 4.*  
 Qui alicujus professionis est, non debet alterius, quam forte numquam salutavit officium obtinere: quippe in tali conjunctione cithara cum psalterio male concordat, *c. 5. de Cleric. conjugat.*  
 Qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem in Legibus debent sentire disciplinam, *cap. 3. de Statu Monach.*  
 Qui facit quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere jussus est. *L. 2. ff. de Reg. jur.*  
 Quod agitur à Prælati facile trahitur à subditis in exemplum, *cap. 7. de Voto.*  
 Qui non habet in ære luat in corpore. *L. fin. ff. de In jus vocand. L. 1. §. fin. ff. de Pænis, cap. 1. 14. q. 6.*  
 Qui male facta hominum laudibus efferrunt, augent, quæ increpare debuerunt, *cap. 2. D. 46.*  
 Qui de suis facultatibus aliquid Ecclesiæ contulerunt, si ipsi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipiunt, *cap. 30. 16. q. 7.*  
 Qui candorem sibi justitiæ, sive sapientiæ tribuit à luce se supernæ cognitionis excludit, *cap. 1. D. 49.*  
 Quod nullum est, nullum producit effectum, *cap. 52. de Reg. jur. in 6.*

Quilibet debet servare morem Ecclesiæ, vel Civitatis, in qua vivit, ut sic nulli ipse sit scandalum, nec alii sibi, *c. 11. D. 12. concordat illud: Si fueris Roma, Romano vivito more.*  
 Qui peccantem defendit, arctius, quam ille, qui peccavit, coercetur, *cap. 100. 11. q. 3.*  
 Qui cum potuerunt, numquam converti voluerunt, cum jam peccare nequeunt, non sic facile adquirunt, quod volunt, *cap. 6. de Pænit. D. 7.*  
 Qui honorem non habet, honorem dare non potest, *cap. 17. 1. q. 1. Et hinc: honor est in honorante.*  
 Qui non repellit à socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit, *cap. 7. 23. q. 3.*  
 Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio. *L. 11. §. 8. ff. de Interrogat.*  
 Quod belli calamitas introduxit, debet pacis lenitas sopire. *L. un. C. de Caduc. tollend.*  
 Quod tibi non vis, alteri ne facias, *capit. 14. D. 50.*  
 Qui iratus crimen aliquod cuilibet temere objecerit, convictum non est pro accusatione habendum, *cap. 5. 2. q. 3.*  
 Qui societatem fraternitatis aliqua discordiæ pestæ commaculant, Deum, qui charitas est, tamquam Judas produnt, *cap. 83. 11. q. 3.*  
 Qui judicium refugit, apparet eum de justitia diffusum, *cap. 12. 11. q. 1.*  
 Qui se scit aliis esse propositum, non molestè ferat, aliquem esse sibi prælatum, *cap. 12. 2. q. 6.*  
 Qui rectè judicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem, ut Deum perpetrat: quia justitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit, *cap. 66. 11. q. 3.*  
 Qui præsumt, non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debent, nec urbium claritate, sed fidei puritate, *cap. 3. D. 40.*  
 Quando audientes ita indigni, & improbi sunt, ut contemptus timeatur, taceat Prædicator, ne det Sanctum Canibus, & ne mittat margaritas ante porcos, *cap. 23. 11. q. 3.*  
 Quando mulierum strages timeatur, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis charitas sincera subveniat, *cap. 25. D. 50.*  
 Quando aliquid bonum alicui facimus, si quid per hæc præter nostram voluntatem cuiquam malè acciderit, nobis non imputatur. Quid enim est in usu ho-

hominum bono, ac licito, unde non possit, etiam pernicies irrogari? *c. 8. 23. q. 5.*  
 Quando exterior persecutio Prælato ratione personæ inferitur, exemplo Christi, fugienda est: sed cum ratione gregis, vel fidei, est constanter subeunda. *c. 48. §. Hoc, 7. q. 1.*  
 Qui docet, & instruit animas rudes, oportet, talem esse, ut pro ingenio discipulorum semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. *c. 12. 8. q. 1.*  
 Qui ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum utilitatem, sed ad sui ostentationem facit, *c. 5. D. 43.*  
 Qui juri suo semel renuntiavit, non valet postea ad ipsum redire. *c. 16. de Election.*  
 Qui in continentibus Urbis nati sunt. Romæ nati intelliguntur. *L. 147. ff. de V. S.*  
 Qui caret aliquo gradu, vel dignitate nequit assumere insignia illius gradus, vel dignitatis. *c. 6. de Privileg. junct. Glos.*  
 Quod in peccatis severius castigari necesse est, non scævities plectatur animo, sed medentis. *c. 2. D. 86.*  
 Quod non est licitum, in Lege, necessitas facit licitum. *c. 4. de Reg. jur.*  
 Quod latenter, aut per vim, vel alias illicitè introducum est, nulla debet stabilitate subsistere. *c. 5. de Reg. jur.*  
 Quidquid in sacratis Deo rebus, & Episcopis, injustè agitur, pro sacrilegio reputatur. *c. 7. de Reg. jur.*  
 Qui ex timore facit: præceptum, aliter, quam debeat, facit: & ideo jam non facit. *c. 8. de Reg. jur.*  
 Quod semel placuit, amplius displicere non potest. *c. 21. de Reg. jur. in 6.*  
 Quod quis mandato facit Judicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse. *c. 24. de Reg. Jur. in 6. L. 167. §. un. ff. eod.*  
 Quæ à Jure Communi exorbitant, nequaquam ad consequentias sunt trahenda. *c. 28. de Reg. jur. in 6.*  
 Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. *c. 29. de Reg. jur. in 6.*  
 Qui tacet consentire videtur. *c. 43. de Reg. jur. in 6.*  
 Qui prior est tempore potior est jure. *c. 54. de Reg. jur. in 6.*  
 Qui sentit onus sentire debet commodum, & contra. *c. 54. de Reg. jur. in 6. L. 10. ff. eod.*  
 Quod ob gratiam alicujus conceditur,

non est in ejus dispendium retorquendum. *c. 61. de Reg. jur. in 6.*  
 Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. *c. 64. de Reg. jur. in 6.*  
 Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. *c. 67. de Reg. jur. in 6.*  
 Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus. *c. 71. de Reg. jur. in 6. L. 156. §. 1. ff. eod.*  
 Qui facit per alium est perinde, ac si faciat per se ipsum. *c. 72. de Reg. jur. in 6.*  
 Quod alicui gratiosè conceditur trahi non debet aliis in exemplum. *c. 74. de Reg. jur. in 6.*  
 Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. *c. 82. de Reg. jur. in 6.*  
 Quoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit. *L. 20. ff. de Reg. jur.*  
 Qui potest in vitis alienare, multo magis, & ignorantibus, & absentibus potest. *L. 26. ff. de Reg. jur.*  
 Qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnantur. *L. 28. ff. de Reg. jur.*  
 Quod attinet ad Jus Civile servi pro nullis habentur: non tamen, & Jure Naturali: nam quoad Jus Naturale attinet omnes homines aequales sunt. *L. 32. ff. de Reg. jur.*  
 Qui in alterius locum succedunt justam habent causam ignorantiam, an id, quod peteretur, deberetur. *L. 42. ff. de Reg. jur.*  
 Quidquid calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse. *L. 48. ff. de Reg. jur.*  
 Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiantur, quæ rei gerendæ aptior est. *L. 67. ff. de Reg. jur.*  
 Quoties duplii jure defertur alicui successio, repudiato novo jure, quod ante defertur, suppetit vetus. *L. 91. ff. de Reg. jur.*  
 Qui vetante Prælore fecit, adversus Edictum fecisse propriè dicitur. *L. 102. ff. de Reg. jur.*  
 Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias. *L. 141. ff. de Reg. jur.*  
 Quod ipsis, qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstat. *L. 143. ff. de Reg. jur.*  
 Quod evincitur, in bonis non est. *L. 190. ff. de Reg. jur.*



## R

- 460 Reipublicæ interest, ne delicta maneat impunita. *L. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. c. 33. 23. q. 4.*
- Res de facili ad suam primævam naturam redit. *L. 23. ff. de Liber. & posthum.*
- Reprehensibile est alterius beneficio, & liberalitate abuti. *c. 15. de Rescript.*
- Renuntiatio bene regentis non est de facili admittenda. *c. 10. de Renuntiat.*
- Res quæ casu fortuito perit, suo Domino perit. *L. 9. C. de Pignorat. action.*
- Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus. *L. 77. ff. de Heredib. instituend.*
- Republica jure minoris utitur. *L. 4. C. Quibus ex caus. major.*
- Regula juris certa est, ex maleficiis pœnales actiones in heredem rei non competere. *§. 1. Inst. de Perpet. & temp.*
- Religiosus nec velle, nec nolle habere intelligitur. *C. fin. de Testament. in 6.*
- Res ubicumque sit pro suo Domino clamat. *L. 44. ff. de Condict. indebit.*
- Ratio, & usus obtinuit, neminem cui non vult, contra utilitatem, & rationem cogi de proprio facere beneficium. *c. 4. 10. q. 2.*
- Ratio Legis tamquam ejus anima habetur. *L. 7. ff. de Bonis damnator.*
- Remota personarum, & numerum acceptatione, ob vitæ meritum, & sapientiæ domum debent eligi benemeriti ad officia, & dignitates. *c. 34. D. 63.*
- Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, ut temporibus nostris, vel falso insimulari Sanctam Dei Ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus pro libitu semper errantium infringi patiamur. *c. 5. D. 12.*
- Rector debet esse discretus in silentio, utilis in verbo: ne aut tacenda profertur, aut profertenda reticescat. *c. 1. D. 43.*
- Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ovis à caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. *c. 16. 24. q. 3.*
- Ream linguam non facit, nisi mens rea. *c. 3. 22. q. 2.*
- Reiterari oportet, quod malè actum est. *c. 24. 1. q. 7.*
- Reus non pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. *c. 72. 11. q. 3.*

- Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & juxta veritatis vocem, nequaquam jam gregis custodiar, Pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt, quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt, canes muti non valentes latrare. *c. 1. D. 43.*
- Res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad divinam confessionem pertinent, & Regia, & Sacerdotalis defenda autoritas. *c. 21. 23. q. 5.*
- Rarum est omne, quod magnum est. *c. 2. D. 59.*
- Rex, qua homo Deo servit vivendo fideliter, qua verò Rex est, servit Leges justa præcipientes, & contraria prohibentes convenienti vigore sanciendo. *c. 42. 23. q. 4.*
- Regia potestas instituta est, ut mali coercentur, & quietius inter malos vivant boni. *c. 18. 23. q. 5.*
- Regum officium est facere judicium, & justitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos: & peregrino, pupilloque, & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. *c. 23. 23. q. 5.*
- Religiosi digni sunt convenienti honore. *c. 12. 16. q. 1.*
- Res cum suo onere transit. *c. 33. de Decimis.*
- Reprehensibile utique est, quod homines nimis curiosè de his, quæ non multum expediunt disceptent, & plura sapere, quam oporteat contra doctrinam Apostolorum temerè appetant. *c. 1. de Renuntiat. in 6.*
- Ratio allegari profectò valet, jure scripto deficiente. *c. 31. de Election. in 6. junct. Glos. L. 7. ff. de Bonis damnator.*
- Respublica magis Religionibus, quam officiis, & labore corporis, vel sudore continetur. *c. 23. 23. q. 8.*
- Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum. *c. 9. de Regul. jur. in 6.*
- Ratihabitionem retrahâ, & mandato non est dubium comparari. *c. 10. de Reg. jur. in 6.*
- Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. *c. 77. de Regul. jur. in 6.*
- Rei appellatio latior est, quam pecuniæ. *L. 5. ff. de V. S.*
- Rei appellatione, & causæ, & jura continentur. *L. 23. ff. de V. S.*
- Restituit, qui non solum corpus; sed etiam

- etiam omnem rem, conditionemque reddita causa præstat. *L. fin. §. un. ff. de V. S.*
- Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat, non ut ex regula jus summatur, sed ut ex jure, quod est, regula fiat. *L. 1. ff. de Reg. jur.*
- Refertur ad universos, quod publicè fit per majorem partem. *L. 160. ff. de Regul. jur.*
- Res judicata pro veritate accipitur. *L. 207. ff. de Reg. jur.*
- Reipublicæ causa abesse eos solos intelligimus, qui non sui commodi causa, sed coacti absunt. *L. 36. L. 43. ff. Ex quib. caus. major.*
- S**
- 461 Si de interpretatione Legis quærat in primis inspicendum est, quo jure Civitas retro in ejusmodi casibus usa fuisset: optima enim est Legum interpres consuetudo. *L. 37. ff. de Legib.*
- Si cœcus cœcum ducit ambo in foveam cadunt, juxta Evangelicam veritatem. *c. 14. de Etate, & qualitat.*
- Satius est paucos bonos, quam multos malos habere Ministros. *c. 14. de Etate, & qualitat.*
- Sacerdotis officium est nulli nocere, omnibus velle prodesse. *C. fin. de Postuland.*
- Sancta quippè rusticitas solum sibi prodest, & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat. *c. 56. 2. q. 7.*
- Sancta non sunt porcis, & canibus committenda. *c. 23. 11. q. 3.*
- Sæpè sequitur diversitatem corporum diversitates animorum. *c. 5. de Cenes. Præbend.*
- Servus non habet legitimam personam standi in judicio. *L. 6. C. de Judic.*
- Servitum mortalitati ferè comparamus. *L. 209. ff. de Reg. jur.*
- Si vinco vincem te, à fortiori vincam te. *L. 14. §. 3. ff. de Divers. & temporal. prescript.*
- Solutio omnem speciem liberationis continet: magisque ad substantiam liberationis refertur, quam ad nummorum solutionem. *L. 54. ff. de Solutionib.*
- Successor factum prædecessoris præstare oportet, nisi hoc perniciosum sit: nam tunc illud mutare est necessè. *c. 28. D. 63.*
- Subrogatum sapit naturam ejus; in cuius locum subrogatur. *L. 10. §. 2. ff. Si quis caution.*
- Solis radius per Cloacas, & latrinas transiens non potest aliquid exindè contaminationis atrahere. *C. fin. 15. q. 8.*
- Sententia Pastoris, sivè justa, sivè injusta fuerit, timenda est. *c. 1. 11. q. 3.*
- Si in Laicis vix tolerabilis videtur inscientia, quanto magis in his, qui præsumunt, nec excusatione digna est, nec venia. *c. 3. D. 38.*
- Spoliatus, etiamsi prædo sit, ante omnia est restituendus. *c. 5. de Restitut. Spoliator.*
- Sententia à discretionem matre virtutum, non à noverca justitiæ, voluntaria scilicet judicantis præcipitatione procedere debet. *Clem. 2. de Sent. & re judicat.*
- Summa æqualitas est in judicii servanda. *c. 5. de Exception.*
- Superlativum, & comparativum aliquando pro positivo ponuntur. *§. 5. Inst. de Locat. junct. t. L. 5. §. 2. ff. Commod.*
- Subdelegatus subdelegare non potest. *c. 27. §. Si verò, de Offic. Delegat.*
- Sæpè plures attenditur ratio dispositionis, quam verba. *L. 77. §. 20. ff. de Legat. 2.*
- Satius est Missam non cantare, aut non audire, quam in illis locis, ubi fieri non oportet, nisi pro summa contingat necessitate. *c. 11. de Cons. D. 1.*
- Si quod ago non valet, ut ago, valet tamen ut valere potest. *C. fin. de Despensat. impuber.*
- Scientia non curiosissimi hominis, qui omnia, quæ in Civitate, vel Communitate accidit sciat, nec negligentissimi, qui ignoret, quæ omnes sciunt, sed talis oportet esse, ut rem diligenter inquirendo quis notam possit habere. *L. 9. ff. de Jur. & fact. ignorant.*
- Simulata æquitas duplex est iniquitas. *arg. c. 1. de Religios. domib. in 6. junct. Glos. V. Sanctitatis.*
- Sapientis est in melius mutare consilium. *c. 10. 22. q. 4.*
- Sæpè in Legibus aliisque Principum dispositionibus est pro ratione voluntas. *c. 1. de Constitut. Princip.*
- Si non potest alicui subveniri, nisi alter lædatur, commodius est, neutrum juvari, quam gravari alterum. *c. 10. 14. q. 5.*
- Sicut artium in suo quoque opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est negligentia. *c. 6. D. 83.*
- Sententiæ verbis præponendæ sunt, ut præ-



præponitur animus corpori: & ita malle debemus virores, quam disserteriores audire sermones, sicut malle debemus prudentiores, quam formosiores habere amicos. *c. 12. D. 38.*

Si conscientia aliquem in oculis Dei non accusat, nihil interest, quod homines sentiant quod velint. *c. 51. 11. q. 3.*

Sicut in contumacia persistentibus severitas est ostendenda, sic humiliatis, & poenitentibus venia non est deneganda. *c. 8. 2. q. 4.*

Superior in correctione excedens non tenetur à subditis veniam postulare. *c. 4. D. 86.*

Si bonum est, quod præcipit Imperator, & Præses, jubentis obsequere voluntati: si verò malum, responde illud de Actibus Apostolorum: obedire Deo oportet magis, quam hominibus. *c. 93. 11. q. 3.*

Sana, & Sancta doctrina à Sacerdote, Præfato, vel Prædicatore quantumvis malo bene sumitur: nec ipse eam coinquinare valet. *c. 5. 15. q. 8.*

Si omnia in hoc sæculo vindicata essent, locum Divina judicia non deberent. *c. 7. 6. q. 1.*

Supervacuis ad beneficia laborat impendiis, qui solent certat facibus adjuvare. *c. 7. 6. q. 1.*

Sibi debitum honorem subtrahit, qui alteri honorem defert indebitum. *c. 4. D. 99.*

Sicut medicus peritus non uno collyrio omnium oculos curat, sic Præfatus, vel prædicator diversorum nominum vulneribus diversis doctrinis medetur. *C. fin. D. 29.*

Sicut hoc, quod ratio exigit utilitatis oportet definiri, ita quod definitum est, nisi fortè ubi major est auctoritas non debet violari. *c. 9. 25. q. 2.*

Summa humanitas est, cum multi paucorum animadversione salvantur. *Novel. 30. cap. 11.*

Sæpè ex malis parentibus mala proles generatur. *c. 10. D. 56.*

Stultus in culpa erit sapiens in poena. *c. 10. D. 38.*

Stultus est quidem qui in eo se primum existimat, ut bona, quæ viderit, disceat contemnere. *c. 4. D. 22.*

Satius est non vovere, quam votum, prout melius potest, non perficere. *c. 8. 12. q. 1.*

Sæpè dum aliquis aliquid corrigere tentans, ansam solvisse se credit, non dum ligasse videtur: & septem uno

hydræ amputato capite suscitasse. *Extrav. 1. de Privileg. int. com.*

Sine possessione præscriptio non procedit. *c. 3. de Reg. jur. in 6.*

Semel malus, semper præsumitur malus. *c. 8. de Reg. jur. in 6.*

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. *c. 23. de Reg. jur. in 6.*

Scienti, & consentienti non sit injuria, neque dolus. *c. 27. de Reg. jur. in 6. L. 145. ff. eod.*

Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum. *c. 51. de Reg. jur. in 6.*

Sequester dicitur, apud quem plures eadem rem, de qua controversia est, depossuerunt. *L. 110. ff. de V. S.*

Solvendo esse nemo intelligitur, nisi, qui solidum potest solvere. *L. 114. ff. de V. S.*

Sensus, non verba considerare debemus. *c. 8. de V. S.*

Semper in obscuris quod minimum est, sequimur. *L. 9. ff. de Reg. jur.*

Semper in dubiis benigniora præferenda sunt. *L. 56. ff. de Reg. jur.*

Semper qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur. *L. 60. ff. de Reg. jur.*

Summa ratio est, quæ pro Religione facit. *L. 43. ff. de Relig. & sumptib.*

Superiores nequeunt omnibus complacere, cum ex officio sui teneantur arguere, & increpare, suspendere, & non nunquam ligare. *c. 24. de Accusat.*

Senectuti honor, & reverentia debetur. *L. 5. ff. de Jure immunitat.*

Sicut minorem major præcedit in honore, ita & in crimine: & quem major sequitur culpa major plectatur vindicta. *c. 16. D. 50.*

## T

462 Tempus non currit ignorantanti, nec impeditur legitime. *c. 5. de Conces. Præbend.*

Tutius est in dexteram, quam in sinistram, & in misericordiam, quam in severitate declinare. *c. 2. de Sortileg.*

Tres personæ constituunt Collegium. *L. 85. ff. de V. S.*

Textus debent interpretari, & intelligi, juxta titulum, sub quo jacent. *L. 2. §. 14. C. de Veter. jur. enucl.*

Tolerabilis est stultæ promissionis vota rejicere, quam per inutilium promissionum custodiam exhorrendam crimin-

minus implere mensuram, *cap. 1. 22. q. 4.*

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes, *cap. 25. de Jur. jur.*

Tractent fabrilla fabri, *cap. 4. de Probat. L. 6. C. de Re Militar.*

Tempore quidem indigemus, ut aliquid maturius agamus: nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrumpamus, *cap. 14. D. 50.*

Tria sunt genera elemosinarum: una corporalis, egenti dare quidquid poteris: altera spiritualis, dimittere, à quo læsus fueris: tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis, *cap. 12. D. 45.*

Turpis est omnis pars suo universo non congruens, *cap. 2. D. 8.*

Testium non tam multitudo, quam qualitas consideranda est, *cap. 32. de Testib.*

Testium dicta debet Judex concordare, si fortè discordent, *cap. 16. de Testib.*

Testis in causa propria nullus deponere valet, *cap. 12. de Testib.*

Turpitudinem propriam allegans non est audiendus, *cap. 8. de Donat.*

Totum perdit, qui totum vult. *Extrav. un. de Præbend. Joann. XXII. junct. Glossa. V. Inhabiles.*

Tumidi debent corripri, tolerari infirmi, *cap. 2. D. 86.*

Territorium est Universitas agrorum intra fines cujusvis Civitatis, quod ab eo dictum, quidam ajunt, quod Magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi jus habet. *L. 239. §. 8. ff. de V. S.*

Turpe est Patricio, & nobili, & causas oranti, jus, in quo versatur ignorare. *L. 2. §. 43. ff. de Origin. jur.*

usque ad ultimum vitæ spiritum. *L. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.*

Voluntas Testatoris pro Lege habetur. *L. 35. §. 3. ff. de Heredit. instituend. cap. 17. de Testament.*

Voluntas Testatoris, & hæredis institutio non debet ab alieno pendere arbitrio. *L. 32. ff. de Heredit. instituend.*

Ubi medium est inhabile impedit extrema conjungi. *L. 7. L. 31. ff. de Servit. prædict. rustic.*

Ubi periculum majus intenditur, ibi proculdubio est plenius consulendum, *capit. 3. de Election. in 6.*

Voluntas non minus factis, quam verbis declaratur. *L. 32. ff. de Legib.*

Verba intelligi debent ita, ut aliquid operentur. *L. 109. ff. de Legat. 1.*

Ubi gubernaculum disciplina contemnitur, restat, ut Religio naufragetur. *Cl. 2. de Statu Monachor.*

Ubi exceptio non reperitur posita non est à regula recedendum. *L. 3. §. fin. ff. de Prævaricat.*

Vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutela omnes Leges, & omnia jura permittunt. *L. 3. ff. Jutit. c. 18. de Homicid.*

Verba præcedentia declarant sequentia, & è contra. *L. 23. ff. de Petition. hæredit.*

Vix inter ementes, & vendentes non intervenit peccatum, *cap. 2. de Penitent. D. 5.*

Ubi est eadem ratio, eadem juris dispositio debet esse. *L. 32. ff. Ad Leg. Aquil. L. 12. ff. de Legib.*

Ubi Lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. *L. 32. ff. de Recept. qui arbit.*

Verba sunt intelligenda circa subjectam materiam, de qua proferuntur, *cap. 6. de V. S.*

Ubi culpa non est, non debet esse poena. *L. 49. §. 1. ff. ad L. Aquil.*

Verba ex consuetudine Regionis interpretationem accipiunt. *L. 18. §. 3. ff. de Instruct. vel instrum. legat.*

Verbum, mando, aliquando non est imperativum, sed potius precativum. *L. 2. C. Commun. de Legat. Quando vero is, qui præcipere, & jubere potest, mandat, vel etiam rogat, mandatum vim præcepti, & potest, & debet habere. L. 1. §. 3. ff. Quod jussu.*

Ubi vera qualitas, vel certa forma requiritur, non sufficit, si per æquivalentem impleatur, *cap. 27. de Præbend. in 6.*

## V

463 Veritas sæpius exagitata magis splendescit in luce, *cap. 7. 35. q. 9.*

Ubi per graves dissensionum scissuras, non hujus, aut illius est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis charitas sincera subveniat, *cap. 25. D. 50.*

Vana, & frustranea est potentia, quæ non reducitur ad actum. *L. 4. §. 3. ff. de Suspect. Tutor.*

Ubi remedium ordinarium suppetit ad extraordinarium non est recurrendum. *L. 9. ff. de Edend.*

Voluntas Testatoris est deambulatoria



Verba Testatoris intelligi debent, prout jacent, nisi aperte de contraria voluntate appareat. *L. 5. tit. 33. p. 7.*  
 Vigilantibus, & non dormientibus jura subveniunt. *L. 24. ff. Quae in fraud. credit.*  
 Verbum, homo ad foeminam extenditur, nisi contrarium expressè reperiatur. *L. 6. tit. 33. p. 7. L. 152. ff. de V. S.*  
 Verba in dubio contra stipulatorem interpretantur. *L. 38. §. 18. ff. de V. O.*  
 Ubi plures concurrunt facillè in opinionibus dissentiunt. *L. 17. §. 6. ff. de Recept. qui arbit.*  
 Vinculum duplex fortius ligat, & difficultus rumpitur. *L. 83. ff. de Heredib. instituend.*  
 Ubi senior juvenibus exemplum ad interitum praebet, ibi districta interpretatione ferendus est, *cap. 28. 2. q. 7.*  
 Verus ornatus Christianorum non est vestis pompa, sed mores boni, *cap. 38. de Const. D. 5.*  
 Ubi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor, *cap. 5. D. 35.*  
 Ubi est incolunitas obedientiae, ibi facta est forma doctrinae, *cap. 7. D. 61.*  
 Utillus scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquat, *cap. 3. de Reg. jur.*  
 Urbis appellatio muris, Romae autem continentibus aedificiis finitur, quod latius patet. *L. 2. ff. de V. S.*  
 Ubi pugnantia inter se in testamento inveniuntur, neutrum ratum est. *L. 188. ff. de Reg. jur.*  
 Ubi charitas non est, non potest esse justitia, *cap. 29. 24. q. 1.*  
 Veritas, cum minime defensatur, opprimitur, *cap. 3. D. 83.*  
 Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est, ubi praecipuum necessitas est ferentis. *C. fin. 14. q. 1.*  
 Universitas non potest alia ratione subsistere, nisi magnus cum differentia ordo servet. *C. fin. D. 89.*  
 Ubi duo Superiores mandant opposita inferiori contra Superiorem nequitiam est obediendum, *cap. 97. 11. q. 3.*  
 Ubi peccatum non est evidens ejicere de Ecclesia neminem possumus, ne forte eradicanes zizania eradicemus simul, & triticum, *cap. 22. 11. q. 3.*  
 Vana garrulitas dialecticorum, & sciorum, eorumque sophistica argumenta ranarum garrulitati comparantur, *cap. 7. D. 3.*  
 Verba non semper debent accipi, ut sonant, *cap. 2. 23. q. 1.*  
 Vir communitè sumitur pro sexu, *c. 17.*

32. q. 7. Aliquando pro virtute, *c. 15. D. 30.* Aliquando tandem pro atate, *cap. 6. D. 77.* Unde versus: *Vir notat atatem, vir sexum, vir probitatem.*  
 Virginitas in consilio tantum, non in praeepto est, suaderi potest, imperari non potest, *cap. 13. 32. q. 1.*  
 Verba dubia juxta comunem intelligentiam interpretantur, & contrahentes coguntur verba pro lata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare, *cap. 7. de Sponsalib.*  
 Verba secundum intentionem proferentis intelligenda sunt, *cap. 41. de Appellat.*  
 Votum non infringitur, cum in melius commutatur, *cap. 3. de Jur. jur.*  
 Vinculum fortius rumpit, quod ipso debilius est, *cap. 15. de Sponsalib.*  
 Verba literarum Apostolicarum, quibus Papa proprium factum narrat, quibè utique probat, si super illis gratia, vel intentio Papae fundetur. *Cl. un. de Probation. Secus si non fundetur, capit. 10. de Privileg. in 6.*  
 Ubi Papa est, ibi, & Sedes Apostolica, & Curia Romana est; *arg. cap. 34. de Praebend. in 6.*  
 Verbum universale nonnunquam limitatur, & restringitur. *Extra. un. Ne Sedevacant. Joann. XXII. junct. Gloss. V. Aliorum.*  
 Veritas fortissima est, & tandem prevaleret, & vincit, manet, & invalescit in aeternum; & vivit, & obtinet in saecula saeculorum, *cap. 8.*  
 Utile non debet per inutile vitari, *c. 37. de Reg. jur. in 6.*  
 Urbs ab urbo appellata est: urbare est aratro definire: & Varus ait, urbem appellari curvaturam atari, quod in urbe condenda adhiberi solet. *L. 239. §. 6. ff. de V. S.*  
 Verba privilegiorum debent intelligi, ut aliquid asserant, & non remaneant ambiguitas, *cap. 25. de V. S.*  
 Verbum moderationis diminutionem continet, non augmentum. *C. fin. de V. S.*  
 Velle non creditur, qui obscuritur imperio patris, vel domini. *P. 4. ff. de Reg. jur.*  
 Vasa timoris justa excusatio non est. *L. 184. ff. de Reg. jur.*  
 Universitas, Civitas, Collegium, vel alia quaecumque Communitas potest dissolvi ob aliquorum particularium delicta, etsi alii innocentes sint. *L. 2. tit. 2. lib. 8. R. C.*

Z E X

464. Zelus indiscretus vitari oportet, & dum aliqui praecipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi multo magis deterrius cadunt. *c. 5. 24. q. 3.*  
 Hucusque Jus Canonicum; Deo juvenete, & Aurora protegente MARIA. Ad utriusque gloriam, & honorem collus-

trare tentavi; non quidem ut mea vota ad studentium utilitatem enixe optabam, sed prout mei ingenii tenuitas permisit. Plura adderem, aliaque forte penitius castigassem, nisi torrens occupationum, & negotiorum mira inter se varietate disitorum saepe à manu calamum invitum eriperet. Quapropter defectus, quos forsàn obvios invenicntis, digni protecto sunt vestri generosi animi commiseratione: nam

*Ablatum mediis opus est incudibus istud:*

*Defuit, & scriptis ultima lima meis.*

*Et veniam pro laude peto, laudatus abundè*

*Non fastidutus, si tibi, lector, ero.*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*